IC.

[redacted] IACOBI THOMINGII, IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS [illegible], ET COLLEGII IVRIDICI IN ACADEMIA LIPSIENSI quondam Præſidis ordinarij, &c.

Auctoris damnati

Reſponſa;

IN QVIBVS ARDVÆ INPRIMIS, TAM SPIrituaIium, quam Secularium, Ciuilium & Criminalium cauſarum, quæſtiones, atque incidentes quotidie grauiſſimorum negotiorum controuerſia; [illegible]

[illegible]

NVNC PRIMVM EXCVSA, A NEMINE HACTENVS VISA, typorumq; varietate, tam in textu, quam allegationibus, diſtincta:

Studio & Opera,

D. ABELIS STRASBVRGI, IC. REIPVBLICÆ NORIC. CONſiliarij cauſarumque patroni; Auctoris Generi.

prohibita cum expurgacione tamen permissa

PRÆMISSÆ SINGVLIS CONSILIIS SVNT, PRÆTER SVMMARIA, ſummæ quædam breuiores: Ac in fine voluminis Index, & rerum & verborum, copioſiſſimus annexus eſt.

Expurgado por ... conforme al ... del año 16..

Cum gratia & Sacræ Cæſareæ PRIVILEGIO Maieſtatis, ad decennium.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA

FRANCOFVRTI AD MOENVM,
Excudebatur typis Nicolai Hoffmanni, Impenſiſq; Petri Kopffij, Bibliopolæ.
ANNO CHRISTI, M. DC. IIX.

4

quæſtiones, & incidentes quotidie grauiſſimorum negotiorum controuerſias, exquiſitiſſimo iudicio, ſummaque diligentia pertractatas contineat.

Hoc igitur opus illuſtris G. V. inclyto nomini conſecrare, offerre, dedicare, & totum proprium facere volui, nec immerito, ſummopere enim id efflagitant atq; poſtulant, inſignis, Illuſtr. G. V. rerum multarum experientia, frequens & aſſidua probatorum Authorum lectio, præclarum iudicij acumen; ſingularis denique (omnium enim laudum virtutumq; maximarum, quarum nomine Illuſtriſ. G. V. à Magnifico ampliſſimoq; viro, Dn. EBERHARDO à WEIHE, IC. Clariſſimo, eius deniq; Illuſt. G. V. Cancellario digniſſimo, cuius viri gratam memoriam conſequentes etiam anni excipient, mihi commendata eſt, Catalogum hic inſtituere inſtituti mei non eſt) erga literas & literatos fauor. Quæ omnia faciunt, vt ignotus etiam Illuſt. G. V. ſummopere venerer, ſuſpiciam, colam, & ſub eiuſdem grauiſſima tutela patrocinioque generoſiſſimo, huius tam inſignis iureconſulti (de cuius laudibus nulla vnquã ætas conticeſcet) RESPONSA, publicare non erubeſcam.

Quare non niſi ex animo humili illuſtriſq; G. V. obſeruantiſſimo, hoc quicquid eſt confidentiæ, profectũ eſſe, vti ſibi perſuaſum habeat Illuſtr. G. V. atq; præſens hoc opus librarium, exiguum quidem animi mei deuoti teſtimonium, hilari, ſerenaq; fronte accipere, & me fauore impoſterum ſuo proſequi dignetur, omni animi ſubiectione humiliter & deuotè rogo.

Filius Dei, Emmanuel & frater noſter, IESVS CHRISTVS, Illuſt. G. V. Eccleſiæ, Reipub. & Scholis, quam diutiſſimè incolumem conſeruet, & Spiritu ſuo ſancto conſilia actionesq; eius omnes, ita regat, gubernet & moderetur, vt ad nominis ſui gloriam, ſubditorumque plurimorum ſalutem cedant. Francofurti ad Mœnum, idib. Auguſti, anno reparatæ ſalutis, ſupra milleſimum ſexcenteſimum, octauo, quo CVra DoMInI nos protegIt.

Illuſtr. Generoſ. V.

obſeruantiſſimus cliens

Petrus Kopffius ciuis ac Bibliopola Francofurtenſis.

ELENCHVS CONSILIORVM IN HOC [redacted] volumine contentorum.

I.

VErum intellectus textus in c. 21. Lehenrecht. iuris Saxon. de ſucceſſione agnatorum in feudo qui. fol. 1.

II.

Quænam actio, & contra quem competat ei, cui feudũ vaſalli adhuc viuentis, in caſum mortis, vel eo ſine liberis mortuo, promiſſum eſt. 13.

III.

Principis priuilegium, quo deficientibus filiis agnati ad ſucceſſionem feudi vocantur, non tantum de antiquo, ſed & de nouo feudo accipitur. Feudum per recognitionem quatenus conſtituatur. 37.

IIII.

De intellectu priuilegij, quod nobiles, tum matronæ, tum virgines in regione Megapolitana habent, vt non extantibus heredibus maſculis in bona feudalia ſuccedant. Item an dote reuera non data ac ſoluta, donationi propter nuptias vel dotalitio locus ſit relictus? 44.

V.

An & quatenus tam filius, quam agnatus feudum domino conſentiente à patre vel agnato alienatum, reuocare poſſit: & qua ratione emptor feudi omnem controuerſiam, quæ ſibi ex reuocandi iure tam filiis, quam agnatis competente imminet, præcauere poſſit. 53.

VI.

De inueſtitura probatione, nec ea ſine graui & probata cauſa vaſallo facile deneganda. 65.

VII.

Conſanguinitas quomodo probetur. Collateralium ſucceſſio in feudis qua. Præſtationi annuæ an in totum præſcribatur. 84.

VIII.

Filius naturalis legitimatus per reſcriptum vel ſubſequens matrimonium in feudo ſuccedit etiamſi ex matre ruſtica prognatus fuerit. Pater neque teſtamento, neque diſpoſitione inter viuos filio in feudo antiquo præiudicare poteſt. 98.

IX.

Epiſcopus ſeu prælatus bona ſolita infeudari, ad eccleſiam reuerſa ſine capituli conſenſu aliiſque ſolemnitatibus denuo in feudum libere concedere poteſt, quantumuis bona hæc, poſtquam eccleſiæ aperta fuerunt, aliquamdiu per vſibus menſæ inſeruierint, vel etiam Capitulum ſede vacante ea menſæ deſtinauerit. 107.

X.

Princeps poſſidens rem finium ipſius ambitu contentam, ius ſiue titulum poſſeſſionis indicare non tenetur: vaſallus tamen bonorum, quæ à domino in feudum recognoſcit, non ſolum fines demonſtrare, verum etiam inſtrumentum inueſtituræ edere tenetur. 119.

XI.

Succeſſor in epiſcopatu an & quatenus ratũ habere teneatur inueſtituram à prædeceſſore ſuo ſub conditione factam. 132.

XII.

Bona menſæ epiſcopali deſtinata eſſe in dubio non præſumitur, ſed probari debet. Res in feudũ dari conſueta, & eccleſiæ aperta, ſeruitij eccleſiæ vtiliter præſtiti nomine, in feudum denuo recte conceditur. Venditio & alienatio rerum eccleſiaſticarum an & quatenus ſuſtineatur. 140.

XIII.

Citatus ex aliena iuriſdictione an comparere teneatur, & ſi non compareat an pro contumace habendus, & quis vere dicatur cõtumax, item quæ contumaciæ pœna. 149.

XIV.

Feudum an in pecunia conſiſtere poſſit. 167.

XV.

Vtrũ ad dotalitium viduæ defuncti vaſalli conſtituendum ſucceſſor in feudo, an vero heres in allodio teneatur? & quis nam æs alienum vaſalli ſoluere debeat? 175.

XVI.

Feudum quando ex pacto & prouidentia cenſeatur, & ſuccedens in eo, niſi heres defuncti ſit, ad diſſoluendum æs alienum ab eo contractum teneatur. 181.

XVII.

Bona de menſa epiſcopi quando naturam ſuam amittant, & quando iterum bonis menſæ incorporata eſſe cenſeantur: item alienatio bonorum eccleſiæ quando & quomodo iure ſubſiſtat. 184.

XVIII.

CONSILIA

D. IACOBI THOMINGII, IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS EXIMII, ET COLLEGII IVRIDICI IN ACADEMIA LIPSENSI QVONDAM PRÆSIDIS Ordinatij, &c.

EPITOME CONSILII I.

QVamuis agnati primò abſque vlla graduum mentione ſimul inueſtiti fuerint de feudo, ſi tamen poſtea communi ipſorum conſenſu (: quod iure fieri poſſe oſtenditur:) antiquæ inueſtituræ tenor immutatus, & poſteriori clauſula illa ſecundum graduum prærogatiuam fuerit inſerta, tum vigore huius vltimæ inueſtituræ, quæ, vtpote fons & origo omnis obuentionis bonorum feudalium, potiſſimum attendenda, frater patruelis in ſucceſſione feudi excludit filium alterius fratris patruelis. Secus autem eſt, ſi abſque clauſula illa ſimul inueſtiti fuerint. Tum enim non tam ſecundum Iuris Saxonici diſpoſitionem, quam ſecundum conſuetudinem, omnes in inueſtitura comprehenſi non attenta graduum prærogatiua æqualiter admittuntur, cum hoc iure nulla inter Collaterales ſit ſucceſſio, ſed ea à ſolo inueſtituræ tenore dependeat. Atque hunc eſſe verum intellectum text. *in c. 21.* Lehnrecht. contra Iaſonem & Henningum Göden validis rationibus comprobatur.

SVMMARIA.

1 *Confuſio materiarum difficultatem inducit.*
2 *Dignitas primo loco collocanda.*
3 *Fratrum filij cum patruis & inter ſe quomodo ſuccedant patruo, & num. 31.*
4 *Filij fratris patruelis cum fratre patruele an ſimul admittendi, & num. 21.*
5 *Heres quatenus in ius defuncti dicatur ſuccedere. & num. 35.*
6 *Filius cenſetur eadem perſona cum Patre.*
7 *Mortuus non intelligitur, qui ſimilem ſui poſt ſe relinquit.*
8 *Ius, cuius quis in vita compos factus non eſt, ad heredes non transmittitur. & num. 37.*
9 *Ius non ſolum præſens, ſed & ſpes iuris futuri ad heredes tranſmittitur. Limitatur nu. 42. vt procedat, niſi illud perſonale fuerit.*
10 *Inueſtituræ veteris tenori ſtandum, an teneat indiſtincte, & nu. 29. Item nu. 41.*
A primordio tituli poſterior formatur.
11 *Inueſtitura noua tenori antiquæ inueſtituræ an deroget: & nu. 29.*
12 *Inueſtitura noua in locum antiquæ ſubſtituitur, & eandem naturam ſapit.*
13 *Iuri ex prima inueſtitura quæſito per inueſtituram nouam derogari non poteſt. Limitatur num. 29. & num. 41.*
14 *Dominus non poteſt mutare formam feudi antiquitus conſtitutam in præiudicium tertij.*
15 *Dominus per inueſtituram poſteriorem non intelligitur præiudicare voluiſſe agnatis.*
16 *Conceſſiones principum ſic accipiendæ ſunt, ne in præiudicium tertij redundent.*
17 *Principis mens talis eſſe intelligitur, qualis ſecundum diſpoſitionem iuris eſſe debet.*
18 *Princeps plures ſimul inueſtiens, videtur eos ſimul ad ſucceſſionem admittere ſine graduum prærogatiua. Declaratur nu. 42.*
19 *Perſonæ extraneæ, inter quas non cadit ordo charitatis & affectionis, non cenſentur ordine ſucceſſiuo, ſed ſimul vocati.*
20 *Simultanea inueſtitura ea vi & natura eſt de iure Saxonico, vt agnati æquabili iure omnes vtantur, ſine aliqua prærogatiua.*
21 *In ſucceſſione feudi, cum quo agnati ſecundum gradus prærogatiuam ſimul fuerunt inueſtiti, frater Patruelis excludit filios alterius fratris patruelis. Ratio eiuſdem declaratur nu. 32. & ſeqq.*
22 *In materia feudorum ad tenorem inueſtiturarum diligenter recurrendum eſt.*
23 *Feudum inter contractus annumeratur.*
24 *Contractus ex conuentione partium legem accipiunt & verba dant formam contractui.*
25 *Verba contrahentium, ex quibus obligatio oritur, ante omnia inſpicienda.*
26 *Verbis per ſe claris ac manifeſtis modis omnibus ſtandum eſt, minimeq́ ab iiſdem recedendum.*
27 *A verbis inueſtituræ non eſt diſcedendum.*
28 *Inter fratres graduum prærogatiua non attenditur.*
29 *Vetus inueſtitura immutari poteſt, voluntate & conſenſu eorum, quibus ius ex illa fuit quæſitum.*
30 *Poſteriora derogant prioribus.*